

sentir qu'aux endroits des distinctions, ainsi nommées alors, c'est-à-dire, des repos du chant.

16° Sigebert et Trithème attestent qu'Hucbald fit aussi usage de la connaissance qu'il avait de la musique, pour composer et noter des offices en l'honneur de plusieurs saints (Sigeb. *ib.* Trit. *Chr. Hir. ib.*). On a déjà parlé de celui qu'il fit pour saint Thiéri. Trithème en marque un autre nommément, qui était en l'honneur du saint Roi David. Molanus prétend qu'il entreprit et exécuta la même chose en faveur de sainte Celinie (Andr. *ib.*); et ce qu'en disent les successeurs de Bollandus paraît le confirmer (Boll. 16 jun. p. 34, n. 2). De sorte que notre auteur aurait mis en vers la Vie de cette Sainte, et composé un office pour le jour de sa fête. On crut pendant un temps (Mart. *am. Coll.* t. IV, p. 858) que l'office de la Sainte-Trinité, dont nous avons fait mention à l'article d'Etienne, évêque de Liège, était aussi de la façon d'Hucbald. Mais on fut convaincu dans la suite, qu'il appar-

tient à ce prélat, par la découverte du testament de Riquier, son successeur, où il lui est expressément attribué.

17° Trithème compte aussi entre les ouvrages d'Hucbald, un recueil de lettres à diverses personnes (Trit. *Seri. ib.*). Mais comme il ne témoigne point l'avoir vu, et que nous n'avons point d'autre garant de ce fait, on peut légitimement en douter.

18° Rosweide a voulu transporter à Hucbald l'honneur d'avoir écrit la légende de sainte Eusebie, abbesse d'Amay, qu'on a en vers et en prose. Mais les Bollandistes ses confrères n'ont pas jugé son opinion assez bien fondée pour l'adopter (Boll. 16 mar. p. 450, n. 1, 2). Elle ne semble effectivement appuyée que sur ce qu'on y lit presque les mêmes choses qui se trouvent dans l'histoire de sainte Rictrude. Et c'est, au contraire, ce qui doit faire conclure, que cette légende n'est point l'ouvrage d'Hucbald, qui ne se copie point de la sorte.

## NOTITIA ALTERA IN HUCBALDUM.

(Apud Fabricium, Biblioth. med. et inf. Lat.)

HUCBALDUS, Hugbaldus, Hubaldus, Huabaldus, monachus S. Amandi Elnonensis in Hannonia ad fluvium Elnonem in dicecesi Tornacensi ord. Bened., (570) *vir disciplinis sôphicis nobiliter eruditus* quem Fulco archiepiscopus Rhemensis Rhemos accersivit, Ecclesiamque Rhemensem per eum præclaris illustravit doctrinis, ut testatur Flooardus. iv, 9, Hist. Ecclesiæ Rhem. Scripsit, teste Sigeberto c. 107, *Vitas multorum sanctorum*, quod etiam confirmatur ejus epitaphio.

*Vitam S. Aldegundis virginis*, abbatissæ et fundatricis Malbodiensis in Hannonia post Surium 30 Januar. exhibent emendatiorem Mabillonius sæc. II Benedictin., pag. 710, et Acta Sanctorum tom. II Januar., pag. 1040-1047. *Vitam S. Lebuini*, patroni Daventriæ, ad Albricum sive Baldricum episcopum Ultrajectensem, idem Surius 12 Novemb. et *Vitam S. Rictrudis* abbatissæ Marchianensis in Gallo Flandria, ad Stephanum episcopum Cameracensem (non Eboracensem, ut Voss. pag. 324), Surius ad 12 Maii, et Acta sanctorum tom. III Maii, pag. 81-89, et Mabillonius sæc. II Benedictin. pag. 937. Scripsit idem *Vitam S. Madelbertæ* abbatissæ Malbodiensis, quæ ms. legitur in cœnobio S. Gislens in Hannonia, teste Valerio Andrea, pag. 395, et Aub. Miræo in notis ad Sigebertum; et *Historiam S. Celinæ*, matris B. Remigii, Francorum apostoli, nec non officium atque cantum de eadem. *Vitam* quoque *S. Brigidæ*, ms. in monasterio Elnonensi ad S. Amandum, teste eodem Valerio et Sandero in Bibliotheca mstorum Belgii, p. 53. Ejus versus, quibus patrum ac magistrum sui Milonis carmina de laude parvitatis mittit ad Carolum Calvum imp., editi ab Edmundo Martene t. I Anecdotor., p. 45 seq. Scripsit etiam, teste Sigeberto, ad eundem imperatorem

(570) Trithemius cap. 284 de S. E, et illustr. Bened. II, 49.

B *librum trecentorum versuum* (non carminum ut calami errore Caveus ad Annum 916) *in laudem Calvorum*, cujus omnia verba incipiunt a littera C hoc initio :

Carmina clarissime calvis cantate Canone.

In editionibus Basileensibus 1516 et 1546, et Lovaniensi 1561, non sunt plures versus quam 136, sicut nec in Casparis Dornavii Amphitheatro Sapientiæ Socraticæ, in quo idem carmen tom. I, p. 290 seq., legitur; sed Caspar Barthius qui illud lib. XLVI Adversariorum, cap. 22, exhibet, ex charta nescio qua addidit alios versus 15. Simili studio recentior quidam scriptor Christiani Pierii nomine poema in Christum crucifixum edidit Francofurti 1576 8°, in quo vocabulorum singulorum prima C est littera. Addit Sigebertus : *et quis in arte musica præpollebat, cantus multorum sanctorum dulci et regulari melodia (571) composuit. Scripsit librum de Arte musica, sic contemperans chordas : monochordi, litteris alphabeti, ut possit quis per eas sine magisterio alterius discere ignotum sibi cantum.* Denique epistolas Hugbaldi ad diversos, Trithemius commemorat. Commemoranda etiam sunt scriptoris hujus acta martyrii SS. Cyriaci et Julitæ matris ejus, quæ apud Mombricium leguntur; sicut etiam ecclesiasticum officium S. Theoderici pro monasterio Rhemensi, ex quo opere epistolam ab Hucbaldo præmissam et hymnos duos Mabillonius in Annalibus, tom. III, pag. 641, in append. editionis Lucens. vulgavit. Denique in mss. codicibus superesse scriptoris hujus commentarium in Regulam S. Benedicti affirmat Martene, et ex eo tradunt Auctores Historiæ litterariæ Gallicanæ, tom. VI, pag. 220. Liber ita inscribitur : *Liber ex dictis SS. Patrum deformatus super Regulam S. Benedicti.*

(571) *Dulci et regulari modulatione.* Idem Sigebertus in Chron. ad annum 879.